

Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | 96

Tijdvak 2
Dinsdag 18 juni
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

296 At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
297 praesensit, motusque exceptit prima futuros
298 omnia tuta timens. eadem impia Fama furenti
299 detulit armari classem cursumque parari.
300 saevit inops animi totamque incensa per urbem
301 bacchatur, qualis commotis excita sacris
302 Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho
303 orgia nocturnusque vocat clamore Cithaeron.
304 tandem his Aenean compellat vocibus ultro:
305 „dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
306 posse nefas tacitusque mea decedere terra?
307 nec te noster amor nec te data dextera quondam
308 nec moritura tenet crudeli funere Dido?
309 quin etiam hiberno moliri sidere classem
310 et mediis properas Aquilonibus ire per altum,
311 crudelis? quid, si non arva aliena domosque
312 ignotas peteres, et Troia antiqua maneret,
313 Troia per undosum peteretur classibus aequor?
314 mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te
315 (quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui),
316 per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,
317 si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
318 dulce meum, miserere domus labentis et istam,
319 oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
320 te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
321 odere, infensi Tyrii; te propter eundem
322 extinctus pudor et, qua sola sidera adibam,
323 fama prior. cui me moribundam deseris hospes
324 (hoc solum nomen quoniam de coniuge restat)?
325 quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater
326 destruat aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
327 saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
328 ante fugam suboles, si quis mihi parvulus aula
329 luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
330 non equidem omnino capta ac deserta viderer.”
331 dixerat. ille Iovis monitis immota tenebat
332 lumina et obnixus curam sub corde premebat.
333 tandem pauca refert: „ego te, quae plurima fando
334 enumerare vales, numquam, regina, negabo
335 promeritam, nec me meminisse pigebit Elissae
336 dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
337 pro re pauca loquar. neque ego hanc abscondere furto
338 speravi (ne finge) fugam, nec coniugis umquam
339 praetendi taedas aut haec in foedera veni.
340 me si fata meis paterentur ducere vitam
341 auspiciis et sponte mea componere curas,
342 urbem Troianam primum dulcesque meorum
343 reliquias colerem, Priami tecta alta manerent,
344 et recidiva manu posuissem Pergama victis.
345 sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
346 Italiam Lyciae iussere capessere sortes;
347 hic amor, haec patria est. si te Karthaginis arces
348 Phoenissam Libycaeque aspectus detinet urbis,
349 quae tandem Ausonia Teucros considerare terra
350 invidia est? et nos fas extera quaerere regna.
351 me patris Anchisae, quotiens umentibus umbris
352 nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,
353 admonet in somnis et turbida terret imago;

354 me puer Ascanius capitisque iniuria cari,
355 quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis.
356 nunc etiam interpretis divum Iove missus ab ipso
357 (testor utrumque caput) celeres mandata per auras
358 detulit: ipse deum manifesto in lumine vidi
359 intrantem muros vocemque his auribus hausit.
360 desine meque tuis incendere teque querelis;
361 Italiam non sponte sequor.”
362 talia dicentem iam dudum aversa tuetur
363 huc illuc volvens oculos totumque pererrat
364 luminibus tacitis et sic accensa profatur:
365 „nec tibi diva parens generis nec Dardanus auctor,
366 perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
367 Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.
368 nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reservo?
369 num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
370 num lacrimas victus dedit aut miseratus amantem est?
371 quae quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno
372 nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
373 nusquam tuta fides. eiectum litore, egentem
374 excepi et regni demens in parte locavi.
375 amissam classem, socios a morte reduxi
376 (heu furiis incensa feror!): nunc augur Apollo,
377 nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso
378 interpretis divum fert horrida iussa per auras.
379 scilicet is superis labor est, ea cura quietos
380 sollicitat. neque te teneo neque dicta refello:
381 i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
382 spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
383 supplicia hausurum scopulis et nomine Dido
384 saepe vocaturum. sequar atris ignibus absens
385 et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
386 omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas.
387 audiam et haec Manes veniet mihi fama sub imos.”
388 his medium dictis sermonem abrumpit et auras
389 aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert,
390 linquens multa metu cunctantem et multa parantem
391 dicere. suscipiunt famulae conlapsaque membra
392 marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.
393 at pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
394 solando cupit et dictis avertere curas,
395 multa gemens magnoque animum labefactus amore
396 iussa tamen divum exsequitur classemque revisit.

—
Aeneis 4, 296–396



Tekst 2

450 Inter quas Phoenissa recens a vulnere Dido
451 errabat silva in magna; quam Troius heros
452 ut primum iuxta stetit agnovitque per umbras
453 obscuram, qualem primo qui surgere mense
454 aut videt aut vidisse putat per nubila lunam,
455 demisit lacrimas dulcique adfatus amore est:
456 „infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
457 venerat exstinctam ferroque extrema secutam?
458 funeris heu tibi causa fui? per sidera iuro,
459 per superos et si qua fides tellure sub ima est,
460 invitus, regina, tuo de litore cessi.
461 sed me iussa deum, quae nunc has ire per umbras,
462 per loca senta situ cogunt noctemque profundam,
463 imperiis egere suis; nec credere quivi
464 hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
465 siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro.
466 quem fugis? extremum fato quod te adloquor hoc est.”
467 talibus Aeneas ardentem et torva tuentem
468 lenibat dictis animum lacrimasque ciebat.
469 illa solo fixos oculos aversa tenebat
470 nec magis incepto vultum sermone movetur
471 quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.
472 tandem corripuit sese atque inimica refugit
473 in nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi
474 respondet curis aequatque Sychaeus amorem.
475 nec minus Aeneas casu percussus iniquo
476 prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.

Aeneis 6, 450-476

Tekst 3

In het epos de Columbeïs van de Neolatijnse dichter Giulio Stella (1564–1624) ontbloeit er een liefde tussen Columbus, de ontdekker van Amerika, en de Indiaanse prinses Anacaona. Wanneer Columbus op het punt staat haar te verlaten, roept zij uit:

1 Zul jij weggaan en zal het lot van Anacaona jou helemaal niet raken? Zul jij weggaan en
2 haar verlaten, wreedaard, zodat zij jammerlijk zal sterven? Waarheen ga je? Zet je koers
3 naar verre kusten? Er woedt een storm, de zee is opgezweept door windvlagen en jij
4 maakt aanstalten om uit te varen? [.....] Het is jouw rijk dat je verlaat, ik ben het, voor
5 wie je vlucht. Als je een zo grote afkeer van mij hebt, dan bid ik slechts om uitstel. Gun
6 mijn razende liefde enige rust, zodat ik het verdriet, dat ik moet vrezen, met meer moed
7 leer verdragen. Want toen jij bij onze kust aankwam en als vreemdeling een onbekende
8 haven binnenvoer, heb ik geen oorlog gevoerd tegen jou of je verboden voet aan wal te
9 zetten. Maar als jij je niet om jouw eigen leven bekommert en nog steeds vastbesloten
10 bent om te vertrekken, neem dan ook mij met je mee en draag mij over de schuimende
11 golven: dit bid ik, deze kleine gunst vraag ik, nu ik op het punt sta te sterven.

Tekst 4

Dante geeft de volgende beschrijving van de hel:

De demon Charon met zijn gloeiende ogen drijft hen daar door middel van tekens bijeen, terwijl hij ieder die treuzelt met zijn vaarboom bewerkt. En zoals in de herfst de bladeren zich een voor een losmaken totdat de tak uiteindelijk heel zijn bekleedsel op de grond ziet liggen, zo werpen zich daar de slechte afstammelingen van Adam, wanneer zij daartoe een teken hebben gekregen, een voor een van de oever in het vaartuig, als vogels die de lokroep horen.

Dante, Inferno, canto 3
Vertaling F. van Dooren

Tekst 5

Door een voorteken is Anchises ervan overtuigd geraakt dat het de wil der goden is dat Aeneas met zijn familie Troje ontvlucht. Hij zegt tot de goden dat hij niet langer zal aarzelen en bereid is met zijn zoon mee te gaan.

705 Dixerat ille, et iam per moenia clarior ignis
706 auditur, propiusque aestus incendia volvunt.
707 „Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae;
708 ipse subibo umeris, nec me labor iste gravabit.
709 Quo res cumque cadent, unum et commune periculum,
710 una salus ambobus erit. Mihi parvus Iulus
711 sit comes, et longe servet vestigia coniunx.
712 Vos, famuli, quae dicam animis advertite vestris.
713 Est urbe egressis tumulus templumque vetustum
714 desertae Cereris, iuxtaque antiqua cupressus,
715 religione patrum multos servata per annos;
716 hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
717 Tu, genitor, cape sacra manu patriosque Penates;
718 me bello e tanto digressum et caede recenti
719 attractare nefas, donec me flumine vivo
720 abluero.”

Vergilius, Aeneis 2, 705–720

regel 705	per moenia overal in de stad
	clarior Praedicatieve bepaling.
regel 706	aestus Accusativus pluralis.
regel 707	imponere Imperativus: ga zitten op
regel 709	quo cumque hoe ook
regel 711	longe op afstand
	servare volgen
regel 712	animo suo advertere = <i>animadvertere</i>
regel 713	urbe egressis wanneer men de stad uitgaat
regel 716	ex diverso van verschillende kanten
regel 719	attractare aanraken <i>Vul aan als object: Penates</i>
	nefas <i>Vul aan est; + a.c.i.</i>
	vivus stromend

Einde
